



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 109. Erci Regis epistola ad Synodum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

**Sæcul. XV.** gregati essent, sedulo incumbere vellent.  
**A. C. 1434** Exstant adhuc aliæ duæ epistolæ die vigesima octava Julii ad Synodum datæ, quibus Sigismundus, qui tum Ulmæ agebat, graviter conquerebatur, quod Basileenses in causa, quæ inter Saxonie Duces circa hunc Ducatum, ejus jura atque onera agitabatur, alienam usurpassent jurisdictionem; Ab altero enim horum Ducum lis ista ad Synodi tribunal deferrebat: Sigismundus vero eam Imperii forum spectare contendebat, quod propter in præfatis literis palam declaravit, se contra Patrum sententiam, nisi causam penitus a se amoverent, publice reclamaturum.

## §. CIX.

*Erici Regis epistola ad Synodum.*

**D**ie quinta Julii Ericus Daniæ, Sueciæ & Norvegiæ Rex pro tuenda regulæ Ordinis S. Salvatoris a S. Birgitta instituti ad Synodum perscripsit; cumque eadem de re itidem Archiepiscopi, ac præfatorum Regnorum Episcopi literas dedissent, eadem in quadam particulari Congregatione anno sequenti die vigesima sexta Martii habita recitabantur.